

*Matth. 25.* thæum sermo ipse concluditur: Cùm autem venerit Filius hominis, inquit,  
 31. in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo; tunc sedebit super sedem maiestatis sue, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes: & cætera usque ad illud, ubi ait: Et ibunt hi in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam. Hoc enim nullus ambigit de Christi adventu novissimo & de fine seculi prædictum fuisse. Nam & illas quinque & quinque virgines, non defuerunt, qui non contemptibili disputatione docere voluerint, ad hunc ejus adventum, qui nunc fit per Ecclesiam, pertinere. Sed \*al. valde hæc non sunt temere pollicenda, ne aliquid occurrat, quod \*valide contradicat, præsertim quia in talibus divinorum eloquiorum obscuritatibus, quibus nostras intelligentias Deo placuit exercere, non solum aliis alio movetur acutius eorum, qui Scripturas sanctas non improbabiliter tractant; sed etiam quilibet unus illorum, aliquando minus, aliquando melius intelligit:

Nescio tamen, utrum intueri aliquid certius in hac quæstione possemus, si ullâ ratione seu facultate possemus, quam illud, quod in epi-

*Matth. 24.* stola priore jam posui, quando Euangelio mundus universus impleatur.

14. Quod enim putat Venerabilitas tua, jam hoc per ipsos Apostolos fa-

367. ctum, non ita esse, certis documentis probavi. Sunt enim apud nos, hoc

*Thom. 1.2.* est, in Africa, barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondum es-

9. 106. 6. 4. se prædicatum Euangelium, ex iis, qui ducuntur inde captivi & Roma-

*ad 4.* norum servitiis jam miscentur, quotidie nobis addiscere in promtu est.

Pauci tamen anni sunt, ex quo quidam eorum rariissimi atque paucissimi,

qui pacati Romanis finibus adhærent, ita, ut non habeant Reges suos,

\*al. illi sed super eos Præfecti à Romano constituantur Imperio, & \*illi & ipsi

ipsi eorum Præfecti Christiani esse cœperunt. Interiores autem, qui sub

nulla sunt potestate Romana, prorsus nec religione Christianâ in suo-

\*al. illos rum aliquibus detinentur, neque ullo modo rectè dici potest, \*istos ad

*Gen. 22.16.* promissionem Dei non pertinere. Non enim Romanos; sed *omnes*

18. gentes Dominus semini Abrahæ, mediâ quoque juratione, promisit: ex

qua promissione jam factum est, ut nonnullæ gentes, quæ non tenentur

ditione Romanâ, reciperent Euangelium & adjungerentur Ecclesiæ,

quæ fructificat & crescit in universo mundo. Adhuc enim habet, quò

crescat; donec fiat, quod de Christo, in Salomonis figura, prophetatum

*Ps. 71. (72.)* est: Dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis

8. terræ. A flumine scilicet, ubi baptizatus est; quia inde cœpit Euange-

lium prædicare: A mari autem usque ad mare totus est orbis cum omni-

bus gentibus: quoniam mari Occano cingitur universus. Quomodo

*Ps. 85. (86.)* autem implebitur aliter illa prophetia: Omnes gentes, quotquot fecisti, ve-

9. nient & adorabunt coram te, Domine? Non enim de locis suis migrando

veni-